



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

30 Et quando quidem omnes ecclesiastici ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

contributionem prædictam indicere, ius ac potestatem habeant.

Atque illud eo moderamine agatur, ut electores, cæteriꝫ 29
Principes & magistratus laici ab ecclesiasticis proceribus, in
eorum principatibus, comitatibus, oppidis, ac territorijs, in
exercenda iurisdictione non perturbentur, aut præpediantur.
Nempe hac re fiet, quod laici inter ecclesiasticos ius, ac tranquillitatem publicam tueri, & ecclesiastici sub laicis degentes, eo facilius ac commodius etiam ius quæque suum defendere, ac manutenere poterunt, cum Ecclesiastici paria onera una cum laicis magistratibus ac gubernatoribus prouinciarum ferre & contribuere iubeantur, quemadmodum ad id ipsum ex Christiana & germana charitate, ac ob æquitatem, paritas tempus seruandam alioqui tenentur, obligatiꝫ sunt.

Et quandoquidem omnes ecclesiastici, in primis ac præcipue 30
pue, merito pro viribus contra Turcas, tanquam hostes Christianæ fidei, ad ferendam opem, parandam defensionem, recusperandumque manu, quas olim crudelis ille ferro subiugarat Christianorum prouincias, teneantur. Eam ob rem, pro licito, bono ac pariter Christianæ reipub. utili & necessario, visum placitumque est, ut si quando exigere id necessitas videbitur, quod mundus & præciosior supellex ecclesiarum cathedralium monasteriorum, cæterarumque ecclesiarum ac religiosarum domorum, auri, argenti, vniouum, aliorumque præciosorum lapidum, denique & campanarum pars non necessaria, pro communi Christianæ reipub. utilitate in medium conferatur, ne thesaurus ille ecclesie Turcis potius, quam nobis custodiatur, adserueturue, id quod & per Græciæ regnum iam olim vsuuenisse experientia ipsa docuit. Quæ res Turcis magno cessit lucro, præsidioque, quando reperto hoc ecclesie mundo, seu thesauro, militibus suis comparare potuerunt vberiore comitum, ut eo instructiores hinc cæteras Christianorum vrbes oppugnarent ac prouincias.